



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor Donum Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO II.

## AMOR DEI,

*Amor motus cordis nostri.*

Materiale cor nostrum docetur, quale debeat esse spirituale in amando Deo. Illud nunquam cessat à motu, & voluntas nostra nunquam cessare debet in amore Dei. Illud est principium omnium motionum corporis viventis, & Amor divinus debet initium dare omnibus actionibus animæ. Illud movetur semper contra motus, expulsi vo eius quod noceat, & ad motum eius quod juvet: Sic voluntas nostra delectatur in amore complecti utilia, & odio sancto averfari

te, & quædam  
o, ac delectat  
os corporis  
um et motu  
ut movetur  
tendo  
io, movetur  
ale: Tunc  
cogitatio  
r eam  
ecatum  
do le,  
ex motu  
s motu  
ta lequatur  
pedis  
od fructu  
debeat

esu, cordis mei, fac ut istud cor meum sit spirituale, sicut esse debet: vivat semper in amore, & fugiat omnem alium amorem, nisi qui in Deo non sit. Carnem, vide quis tuus sit finis, ad quem creatus: Ad amorem, ad amorem perfectum, ad amorem pulchrum, & universalem: amorem solitarium, non divertat in te alius amor, præter divinum. Ergo desiderium meum: hoc est propositum, amare Deum ac Dominum meum, semper, solum, & in omni rebus.

## CONSIDERATIO III.

## AMOR DEI,

*Amor Donum DEI.*

Quum donorum, donum super omne donum, est amor Dei. Et si Amor est impressio in anima, ut S. Thomas ait, talis est amor Dei, est

est donum impressum à Deo amato in animam amantem: donum, quo secum trahit donantem. Non paratur amor à Deo, nec Deus ab amore, nec ab amore quæ unitur cum Deo. *Qui manet incansat, & Deus in eo.* (1. Jo. 4.) O amor divinus, efficacissimus!

Non sic amor mundi, amor sterilis, amor inchoatus non trahit secum rem amatam. Igitur, anima mea *ad hoc labora, ut videas.* Hic debetur esse tuus finis, labor pro fine non terreno, sed cœlesti, ut videas, & gaudas præmio divini amoris in cœlo.

*Ad hoc labora, ut ames:* & hic debet esse tuus finis hac vita, fatigari & laborare pro amore, ut potiùs ames divini amoris. *Vnam petij à Domino, unam rem desideravi, donum sancti Amoris, finem cogitationum meorum, finem desideriorum meorum, finem vitæ & mortis, amore vivam & moriar.*

## CONSIDERATIO IV.

### AMOR DEI,

#### *Amor sine mensura.*

O infinitum amorem Dei mei! Non satis habuit donare culpas, remittere pœnas; sed insuper nos donare Gratiâ tuâ, facere tuos veros amicos, & hæredes. Neque hic finem habuit Amor eius, si satisfaceret iusticiæ sui Patris, suscepit in se supplicium nos debuimus: suscepit mortem, ut nos vitâ donaret.

O Amor infinitus, amor sine fine, amor sine mensura. Deus amat hominem, & fit homo, ut moriatur pro homine. Et hic est finis amoris Dei, mors. *In finem dilexit in mortem dilexit.* O amor, qui nunquam desinit, O amor, quando quiescit amor? quando moritur, amoris! Amat, & amat ad mortem, amat usque ad mortem.

O Deus animæ meæ, hunc amorem deus desidero, non desino: amorem usque ad mortem, amorem usque ad mortem.